Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



IN ILLO TE · Stabat iohannes et ex discipulis eius duo · et respiciens ihm ambulantem dicit · ecce agnus dei; Et audierunt eum duo discipuli loquentem et secuti sunt ihm Et ait

ANTA · AC · TA

lus est scripturę diuinę sublimitas · ut non solum uerba quę ascis uel ab ipso dno dicta referunt · sed etiam circumstancia rerum quę simplicitate posita uidetur · spiritualibus sit plena misteriis; Ecce enim narrantur euangelica fris kmm auditum · quia stabat iohannes et ex discipulis eius duo · et respiciens ihm ambulantem dicit · ecce agnus di · statimq; cognouum · immo iam notum ad memoriam reuocauum quare ihm pcursor suus agnum di uocauerit · quia uidelicet eum p ceteris mortalibus singulariter innocentem · hoc est ab omni peccato mundum nouit · quia nos suo sanguine redempturum · quia dona sua uelleris sponte largiturum · ex quo uestem nobis nupcialem facere possumus · idest exempla uiuendi nobis relicturum pnuntiat · quibus in dilectione calefieri deberem. Hoc ergo testimonium pcursoris dni quia facile patet fidelibus; ci tui amoris unum fontem audiencium cordibus infundit; S; non est putandum quia sine certa ratione mysterii hoc relatum euangelista pmiserit stetisse iohan